

esque abstergit, (Sole liquata & melle permixta.) maculas cutis tollit, foveas post variolas relictas explet, (illura.

XCII. *Tinea.*

Σκάρπη. Tencha, Schleye.

Piscis est mucosus excrementitius anans aquas palustres, canosas, lutosas, vivens cæno, generatur tum ex traduce, tum sponte. Familiaritate lucio conjuncta est.

OFFICIN.

1. Integer piscis. 2. Fel. 3. Lapis.

Vires. 1. Integer piscis dissectus imponitur pulsib, manuum pedumque plantis ad mitigandum æstum febrilem, vel & ad divertendum venenum pestilentiale. Simili etiam modo adhiberi solet in dolore capitis ac articular. Vivæ tinea (una post alte-

ram) umbilico ac epati impositæ, donec moriantur. Icterus curare dicuntur, luteum nimirum contrahunt colorem. Incineratam tineam, (præcipuè tegumentum) in fluore albo mulierum exhiberi vidi cum successu.

2. Fel, commendatur ad aurium affectus.

3. In Capite gerit Lapidem ut Carpio, qui ad similes affectus exhiberi poterit, quo dictus Carpionis lapis.

XCIII. *Trutta.*

Χρυσόφρυς, Aurata, Variolus, Variola, Trutta, Sohre/ Sozelle.

Piscis est culinæ creberrimus & laudabilis.

OFFICIN.

Pinguedo, Hæc illinitur utiliter mariscis & ani fissuris.

CLASSIS IV.
DE INSECTIS.XCIV. *Apes.*

Μελίτα, Apis, } Domestica, hujus
Immen/Bienen } luci.
Sylvestris fera,
Hummi.

Apis insectum est mellificans, vivens, tum florum melligine, tum melle ex illa melligine confecto.

OFFICIN. NAT.

1. Apis. 2. Mel. 3. Cera. 4. Propolis.
1. Apes sicca & contrita inun-

ctis alopeciis capillum restituunt.

II. Mel, eligendum est flavum pellucidum, odore ac sapore jucundum, consistentia, neque crassum, ac concretum, neque dilutum nimis, omni ex parte unitum seu continuum. Flavo succedit album, quod itidem modo reliqua bonitatis signa ne defuerint, non contemnendum.

Vitetur autem in mellis electione

Rrrr fa-

favus araneorum texturis refertus'.
Omnib. porro præfertur Mel Virgi-
neum dictum, id est, quod novellæ
apes conficiunt colore ex flavo al-
bicans.

Vires. Mel calidum ac siccum statu-
itur grad. 2. (albicans tamen minus ca-
lidum censetur,) nutrit, abstergit, aperit,
pulmonib. convenit, urinam ciet, tussi me-
detur, putredini resistit.

Extrinsicus oculorum caliginem
discutit, aliisque eorum affectib. suc-
currit.

Cautio.

1. Mel quia facile bilefcit, Epati
calidioribusque corporib. non adeo
proficuum est.

2. Mel crudum alvum inflat, tuf-
sim lacellit, fastidium creat.

N. Mel Galeno succus est roris cæ-
lestis, ab Apibus collectus. Paracelfo re-
sinosa pars terra est, in vegetabile genus
virtute plantarum ac insluentiarum cæ-
lestium transplantatum, & hinc ab apibus
collectum atque ulterius digestum. Vide
Paracelf. de Naturalibus.

Hinc variat quoq. 1. pro varietate
plantarum. quæ ratione optimum censetur
apum in rosetis, vel liliæis, &c. degenti-
um 2. diversum quoque Mel existit pro
diversitate insluentiarum. Sic Mel præ-
stantissimum habetur, quod anno sereno
ac salubri Vere ac Æstate confectum.
Quercetano dicitur Ros vel Manna
cælestis, atque inde sua acera Philosophi-
ca preparat.

PRÆPARAT.

I. Mel depuratum.

℞. Mellis, q. v. affunde ∇ por-
tionem, (æqualem vel duplam tri-
plamvé, si valde impurum fuerit, vel
si alienæ rei expers sit. sine additio-
ne,) coque & despuma cochleari
pertuso.

N. Quod si hac ratione non satis de-
puratum foret clarificari poterit cum al-
buminibus ovorum singulis ad singulas li-
bras adhibitis, v. l. 1. c. 14.

N. 2. Conrad. Kunrath dictam mel-
lis depurationem improbat, quippe quæ
potiores ac meliores spiritus, quibus ma-
ximè impragnatum est, in auram eva-
nescant. Itaque hanc substituit.

℞. Mel Virgineum nondum Δ
commisum una cum favis, inde Ma-
nicæ Hippocraticæ, suspendeque in
loco tepido Solis vel in hipocaufto
vaporib. aqueis. (ut Balnearorum
balnea calferi solent,) calfacto, ut
perfluat Mel.

II. Mel destillatum.

Unde:

1. ∇ Mellis, Spiritus, atq. Oleum.
℞. Mellis ℔. 1. adde ⊖ vel silicum
mundor. contusor. arenævé ℥iij. ℥vj.
(alij etiam addunt segmenta Ligni In-
niperini,) destilla per ⊙m gradatim
& exit ∇ alba, dein flava, cum ⊙⊙
ut & Spiritus, quæ aliquoties recti-
ficentur.

Alii eliciunt primo ∇m in cu-
curbita ex MB. Remanenti in cucur-
bita mellis addunt ∴m, vel silices calci-

calcinatos contusos, & antequam per
 Om ∇ m flavam cum $\circ\circ$. Hæc
 digerunt aliquoties, & aliquot (5.
 6.) dein ∇ ant. tandem $\circ\circ$ superna-
 tans ab ∇ separant. Sennert. *Quer-*
ceian. Med. destillar.

Ally:

\mathfrak{R} . Mel cum cera & favo, ponunt
 in fimum ac putrefactionem per \mathfrak{M} .
 fimumque sæpius (dieb. ternis) mu-
 tant: Hinc ∇ ant. 1. Exit ∇ alba
 (faciei absterfioni dicata. 2. ∇ fla-
 va, Oswald.

N. 1. ∇ m hanc flavam esse men-
 struum Franc. Anton. sicut qui putent.

N. 2. Adduntur $\therefore e$, vel silices,
 vel vitrum, ut fervescentia ad quam
 Mel maxime proclive est, præcaveatur,
 id quod alij meditantur sacculos parvos
 \therefore repletos imponendo.

N. 3. Sunt qui ∇ m primo elicitam
 super novum Mel fundunt & rectifican-
 cant.

Vires. Utraque ∇ alba scil. & fla-
 va, suffusiones & albugines oculorum
 sanat, capillis producendis confert. Inser-
 vit Tinctura Corallorum extrahenda.

Intrinsicus referat obstructions,
 pellit urinam, atterit calculum.

Oleum quod instar ∇ vitæ ardet
 vires habet admirandas, præsertim
 si per \mathfrak{C} aliquot circuletur cum \mathfrak{V}
 Etenim separato iterum illo \mathfrak{V} , re-
 manet $\circ\circ$ dulce & gratissimi saporis
 vulnerib. sclopetariis & phagedæ-
 nicis ulcerib. plurimum conducens.

Singulare quoque est ad podagricos
 dolores sedandos. Discutit maculas
 faciei cum $\circ\circ$ Camphoræ.

2. *Oleum Mellis compositum.*

\mathfrak{R} . Mell. \mathfrak{lb} . ij. \mathfrak{C} -i calcinati, \mathfrak{lb} . i.
 \mathfrak{V} rectif. \mathfrak{lb} . \mathfrak{b} . \mathfrak{P} , \mathfrak{lb} . i. destilla per
 Om, primo extillat phlegma, dein
 \mathfrak{M} , urge \mathfrak{z} . 20.

Vires. Lenit dolores podagricos, se-
 locus affectus eo illinatur.

3. *Acetum mellis.*

\mathfrak{R} . Mellis opt. p. i. ∇ flav. p. viij.
 coq. ad medietatem, postea suspen-
 de in eodem semen Erucae in petia,
 atque reponere in loco calido vel So-
 le, donec deferbuerint. Fit paula-
 tim \dagger acerrimum, quod ∇ getur.

Vires. Præter alios Usus solvit &
 silices reliquosque lapides, etiam sine ul-
 la precedente calcinatione. Hartman.
 in Croll, Senn. Instit.

4. *Tinctura mellis.*

Tincturam mellis Beguinus extra-
 hit ex melle crudo cum arenis im-
 pastato, eamque exhibet Phthificis
 pro nutrimento.

5. *Oil. Essentia mellis.*

1. \mathfrak{R} . Mel cum favis, q. v. (\mathfrak{lb} . xv.)
 elice ∇ per MB, qua prolecta relin-
 quatur adhuc remanens materia in
 MB ferventi, \mathfrak{C} \mathfrak{P} (5.

Dein 2. affunde ∇ atque extra-
 he f. a. tincturam, eamque decanta-
 tam purifica optimè per digestio-
 nem

Rrrr 2

ncm

nem ac subsidentiam. Tandem destilla Tincturam per MB ad siccitatem, (destillatum dicitur Elementum aeris, Essentia illa remanens, Ignis).

3. Ex fecib. incineratis (profecto prius O per descensum O mve si ita visum fuerit.) extrahe Sal cum ∇ comun. more solito, idque purifica optimè, (dicitur Elem. Terræ.

4. Conjunge jam omnia atque destilla ex Eib . per XX roties cohobando, donec omnia volatilia sint, ac XX transcenderint.

Sic habes Qu. E. Mellis.

Vires Instar Panaceæ esse poterit.

Dosis gr. iij. iv. v. &c. Med. destil.

6. Elixyr Mellis. Clyssus.

19. Mel per Manicam Hipp. deputatum. Eltce ∇ m. O ac O : Sal elicitum potato per vices aquâ suâ, de in O donec omnia imbiberit & cogulum inde factum fuerit.

Vires. Easdem vires cum Qu. Es. mellis possidet, Med. destil.

7. Sunt & varia Officinalia usualia, quæ mel tum basin agnoscunt, ut Hydromelitem genera, tum asservationis medium, ut Syrupi quam plurimi, &c.

III. Cera, K^{p} , Arabic. Hama ha Wachs . Medium quodammodo tenet calfacientium, refrigerantium, humectantium & desiccantium, ita tamen ut ad caliditatem inclinēt, partium quadantenus est crassarum

& emplasticarum, ideoque digerit, maturat, &c.

N. Adeo usitata Officinis est, ut vix Emplastrum reperias, cuius non exhibent consuetudinem.

PRÆPAR.

Oleum Cera, v. l. 2. c. 70.

Vires. Diureticum est, daturque intrinsicè, gut. dos. iij. iv. v.

IV. Propolis. Πρόπολις , σμήνιον , Dioscor. Cera Virginea, Borstos , Stops , Wachs , Dienhart , rudis est, & cerofa crassaque materia seu gluten in alveorum forib. repertum.

Eligenda flava, odorata, Styracem vel galbanum referens, in vehementi ariditate mellis, & Mastichis in modum ductilis.

Vires. Calf. 2. aut princip. 3. leviter abstergit, attrahit, evocat aculeos & omnia infixæ corporis extrahit, duræ concoquit, dolores mulcet, ulcera desperata cicatrice obducit. In veteri tussi suffitu juvat, lichenis tollit.

XCV. Araneus.

A^{egxvns} , A^{egxvn} , Spin:

Insectum est venenatum puncturis suis nocivum. Variorum est generum promiscuè usualium.

Est e. Araneus major coloris scilicet varii, vel minor coloris nigri, &c. Distinguitur sexu, coitque Vere ac initio Æstatis, & aliquando Autumno & initio Hyemis, unde & eo temporis puncto magis noxius habetur.

Vivit

Vivunt muscis quibus capiendis retia sua pandit.

OFFICIN NAT.

1. *Aranei*. 2. *Tela Araneor.* (*Aranea dicta.*)

Vires. 1. *Araneus* febriles paroxysmos arcere dicitur, (*pulsib. metacarpis temporibusve impositus,*) peculiariter tamen ad quartanam commendatur, (*putamine avellanae inclusis colloque suspensus vel lacerto appensus.*)

2. *Tela*, constringit, conglutinat ideoque vulneraria est, sanguinem cohibens, inflammationem præcavens. Ad arcendos febriles motus non solum externè, sed & (*satis audacter*) internè à nonnullis adhibetur.

XCVI. *Aselli.*

ὄνισκος, Gal. *ὄνοι*, Diosc. *τίλοι*, Plin. Procelliones millepedæ, multipedes, *Eselgen*/ *Schäffelein*.

Nascuntur in locis humidis, cellis, & simil. sub lapidib. vasisque ∇ repletis, ad tactum sese contrahunt ac rotundant.

Vires. *Tenuium partium sunt*, digerunt, extenuant, abstergunt, aperiant.

Hinc utilitatis peculiaris sunt in mucilagine tartarea resolvenda calculoque ad mucilaginem reducendo, in obstructionib. viscerum aperiendis, adeoque in morbo regio, in

dolore nephritico, difficultate urinæ, in colica, appetituque ob ventriculi mucilaginem imminuto, in Asthmate. &c.

Extrinsicus commendatur pulvis ad affectus oculorum, ad aurium dolores & anginam (*cum melle illius.*)

Vivus impositus phagedænam perimit.

Dosis à \mathcal{J} j. ad \mathcal{Z} j. in pulvere cum vino vel ∇ aliqua nephritica.

PRÆPARAT.

Alii lavant in vino ac exiccant, iterumque lavant ac siccant, hinc pulverisant ac imbibunt in \mathcal{R} u \mathcal{C} .

Dosis gut. iv. v. vj. exhibent.

Alii contundunt cum vino, colant & exhibent. Nonnulli macerant solum in vino, colantq.

N. 1. Non facile \mathcal{J} j. transcendendo, nec usum continuo, nimia quippe resolvendi vi incommoda non parva inferre possunt.

N. 2. Ut locus natalis saxosus indicat, ad calculum asellos facere: Ita indicante aptitudine & propensione sese contrahendi ad convulsiones forsan non essent inutiles.

XCVII. *Bombyx.*

Bombyx $\left\{ \begin{array}{l} \text{Domesticus, hujus loci.} \\ \text{Sylvestris.} \end{array} \right.$

Βόμβυξ, *Βομβύλι*, Vermis lanificus, *Alberti Magni*, *Eidenwurm*.

Vermis est texturam sericeam texens, oriturque tum sponte, tum ex ovis,

N. Miram subit metamorphosin. Ex ovib. pusillis producitur animalculum Eruca non absimile. Eruca hec mororum Ulmi educata folijs augetur indies, donec tumiditate resplendeat: hinc induta Theca, textura se cingit sericea usque dum moriatur. Postmodum reviviscit papilionis instar pennas producens, coituque interveniente triduo, (à quo masculus statim moritur,) ovapari facina, quam plurima, ac deficit.

OFFICIN. NAT.

1. Bombyces integri. 2. Sericum, i. e. textura bombycina. 3. Folliculi sericei.

Vires. 1. Bombyces exiccati & pulverisati insperguntur vertici capitis ad arcendam vertiginem & convulsionem.

2. Bombycina textura, est caliditate & frigiditate temperata, (al. cal. 1.) sicca 1. cor roborat. Spiritus vitales, animales & naturales reficit.

PRÆPARAT.

Uritur quandoque, quo siccior reddita lavigetur, quandoque decoctis admiscetur. Verum præstat crudam & solummodo incisam adhibere.

Sunt & usualia quorum compositionem subit: ut Confect. Alkerm. Diamolch. &c.

N. Inferitur & in usum Medicum Sericum silum Kermesinum, i. e. Cocco seu granis Kermes tinctum, adhibeturque sanguini sistendo, vulneribusque obligandis, exiccandis, consueandis. Quin & à Plebeis ad Erysipelas adhibetur (circumligatum,

3. Folliculi sericei, (Bombycia, Seidenbälglein/) iisdem virib. cum textura præditi sunt.

N. Caveatur à folliculis albi spurcicie fœdatis, vel in quibus adhuc Necydalus latitat mortuus, & vermibus exesus.

Bombyx Sylvestris, est genus quoddam Erucarum Viridium, simili metamorphosi ut de Bombyce domestico dixi mutabilium.

N. Hujus generis videre mihi contigit apud Celsissimum Principem Philippum Hassia Landgravium, doctrina multifaria, linguis exoticis, ut & Hebraea, Astronomicisque observationibus proprijs celeberrimum, qui papilionem variegatum lepidum visu ex Eruca viridi in capsula productum monstravit.

XCVIII. Cantharides.

OFFICIN.

Musca Hispanica, hujus loci, Formicaria latior, Goldkäfer Weisshausen.

Cantharis } Cornuta gehörnte
Gold- } Goldkäfer.
würm- } Amethystina violacea Beitel-
lein. } braung.
Miniata, Friesenwürmle.
Viridis } Stongiuscula.
aurum lucens.
Nigricans, Schwarzkäfer.
Castanei coloris.
Rotunda, Osterreichlein.

Dicitur Kayzapis, i. e. parvus Scarabæolus, Spanische Mücke oder Fliege Goldwürmlein.

Produ-

Producuntur ex genere quodam Vermiculorum Erucis non abfimi-um, qui nascuntur ex humore foliis fraxini, populi, ligustri, tritici-que inhærente.

Præstantiores censentur, quæ in frumento seu pratis inveniuntur, versicolores, & quæ luteas in alis transversas lineas habent, corpore oblongo, crassâ, recentes.

Perimuntur aceti acerrimi vapo-re, qui dum fervet, exhalat. Hinc siccantur & servantur per bienni-um.

Vires. Calida sunt & sicca sat vali-de, adeoque corrosiva seu vesicatoria, diuretica, emmenagoga. Hinc usus cre-berrimi in vesicatoris Internus earum usus rarissimus est, quippe inter venena vulgo recensentur: Vesica nimirum U-rinaria adeo insensa sunt, ut vel extrin-secus cuti alligata eam exulcerent. Sunt nihilominus audaculi qui diureticis eas admiscunt. Sunt & improba scorta qua fatum tenellum iis perimunt & ex-turbant.

N. Recentiores alii pedes & capita reserant, solo corpore servato.

XCIX. Cicada.

Téris, Henschrecke.

Insectum est Gryllis simile, valde stridulum rore vivens.

N. Unum hoc animal, ex ijs qua vi-vunt, est sine ore. Pro eo n. quiddam aculeatum habet, & hoc in pectore, quo

rorem lambit. In Italia vulgaris nomi-ne est nostratibus incognita.

OFFICIN. NAT.

Cicada siccata.

Vires. Utimur cicadis siccis ad co-licos affectus (cum parib. numero piperie granis scil. ij. v. vij.

Alii assas edendas iis offerunt qui-bus affecta vesica est. Cinis insigni-ter calculum conterit.

C. Cicindela.

Λαμπυρίς, Plin. Λαμπυρίς, πυρό-λαμπυρίς, Arist. Lampyris alata, Aldro-vand. Cantharis noctiluca, Nitedu-la. Noctiluca, Johannis Pliege.

Insectum est pennatum in tene-bris ignis modo lucens.

Officinis ignotum est, nisi quod Cardanus vim anodynam ei tribue-re videatur, lib. 9. subtilit.

CI. Cimex.

Cimices Lectularii, huius loci.
Hortenses, s. Sylvestres.

Κόρεις, κλιμακίοι, Diosc. Cimices.
Matthiol. Wannen/Wandi deuse/Bett-wanteln.

Vermiculi sunt latiusculi com-pressi, rubentes, foetore abominabi-les, morfib. quib. sanguinem nobis exugunt admodum molesti.

Vires. Utuntur recentiores qui-dam ad ciendam urinam vivis in pe-nis organum immillis, (Dioscorid. mortuos & tritos imponit,) ad fœ-tum & secundinam expellendam.

tritos

tritos (N^o 3.) & cum successu exhibitos vidi. Septenos cavis fabarum inclusos ante febrium accessiones devoratos, quartanis auxilio esse Author est Dioscor. Vulvarum examinationes olfactu abigit.

N. Sylvestres qui ex herbis victum habent, lectularijs majores colore viridi, aquè ac illi foetidi, officinis adhuc incogniti sunt.

CII. Eruca.

Κάρμη, Dioscor. Bruchus, Eruca vulgaris, Aldrov. Raupe.

Insectum est vulgaris notitiæ originem trahens, vel ex stirpium excrementis, vel ex ovis papilionis. Species totidem ferè sunt quot plantarum.

N. Similem Metamorphosin subit quam Bombyx, tandemque in Papilionem degenerat.

CIII. Formica.

Μύρμηξ, } Minor { rubeus.
Formica } { nigricans.

Amens } Major, Equina Ros Amens.

Insectum est mira providentia dotatum, qua penù in annum sufficiens æstivis pleniluniis (noviluniis e. quiescit,) sedulo colligit, collectum si opus sit, siccatur, siccata semina ne regerminent, arrodit, adeoque durationi adaptata recondit. Congressæ Hyberno tempore vermiculos pariunt, subinde in Ova & hinc verno tempore, in formicas

mutari aptos. Senium alatas facit, sed brevi superstites.

Præstantiores habentur, quæ sub arborib. resiniferis habitant, acidumque olent. Collectio præfertur & decrescente vel Novilunio.

OFFICIN. NAT.

1. Formicæ. 2. Ova. 3. Acervus.

Vires. 1. Formicæ calfac. & siccant, venerem præritant. Odor acidis mire spiritus vitales reficit. Formicæ majores (Herculanæ) psoram lepram & lentiginem sanare dicuntur, (adjecto sale exiguo trita & illita).

2. Ova ad aurium gravitatem faciunt, malas hirsutas pueris infricata corrigunt.

3. Acervus, (Myrmecium) calfac. & siccatur, nervosum genus roborat. Hinc usus celebris in paralyti, arthritide, hysteriis & Lib. cachexia & simil. (lotione & unguento).

PRÆPARAT.

1. Oleum ex infusione formicarum (præstant alata) in \odot . com. σ 40.

Vires. Valet ad coitum.

2. ∇ stillat. Magnanimitatis distilla, v. l. 2. c. 37.

3. Liquor fit in clybano ad modum quo liquor lumbricorum.

Vires. Insigne est Ophthalmicum suffusionis oculorum, auxilium.

CIV. Gryllus.

Ῥόδα Ⓞ Domesticus.

Acheta { Agrestis, arvensis.

Insectum est alatum e genere locustar. cicadis simile, fucorum terrarumve aridar. incola, stridulo suo cantu sedulum. *Heimichen / Heimling.*

Vires. Commendatur ad diuresin, (emis exhibitus) ad visus imbecillitatem, (succus expressus instillatus) tonsillas lenit, (affricatus).

CV. Hirudo.

Bόδα, { Major equina.
Sanguisuga { subfusca.
 { Mi- { subviridis.
 { nor { nigra.
 { variegata.

Insectum est palustre, instar Lumbrici oblongum, generatur ex putredine. Germ. Saugigel.

Majorib. præferuntur minores, utpote quæ minus nocivæ & ex his, quæ lineis in dorso distinctæ. Majores novem equum sugendo interimere valent, unde equinæ dicuntur.

Usus. Sanguinis exuctioni inferiunt, adeoque cum cucurbitulis conveniunt.

N. Antequam applicentur, servanda sunt, in ∇ pura, ut probe purgentur, hinc loco applicationis salentur fricatio sanguineque vel argilla inuncto applicanda. Cum amoveri vis insperge parvas salis, aut cineris, aut lini combusti.

CVI. Lacertus.

Σαύρα Ⓞ, αὐῆγα, Lacertus, Lacerta, Egochis / Adey / Zhechis / Moll.

Insectum est quoad figuram novum, colore varians, bufonib. ac araneis inimicum.

N. Lacertus si dissectus fuerit, pars utraque movetur aliquamdiu, & si concurrerint, coalescunt rursus. Sunt qui oculos, si effossi sint, renasci ajunt, id quod & de cauda si ampuetur, Plinius affirmat. Degunt in cavernis terra, ruderibus murorum aliisque locis asperis, vescuntur Cicadis, Cochleis, Gryllis, Apibus.

Lacertus est { Terrestris, de quo hic & minus Venenatus.
 { Aquatilis, qui venenosus habetur, & rarioris usus.

N. Commendatur præ reliquis generis lacerti viride & magnum, verum cum in hisce regionibus minus usitatum id sit, lacertum communem hic describimus.

Vires. Elicit è corporib. spicula, vitra, &c. (sectus vel cum \ominus tusus & impositus, inprimis v. caput,) capillos renasci facit. (cum adipe illita caro.) Ictui scorpionum succurrit. Commendatur itidem ad herniam infantum, (si decocto lacerti laventur,) ad facilem evulsionem dentium. (pulvis aquatici lac. affricatus).

Sssss N. Sunt

N. Sunt qui ajunt Lacerti exiccati pulverem gingivis illitum facere ut sine difficultate, sine dolore, atq; sine instrumento dentes extrahi queant.

PRÆPARAT.

Oleum infusum.

Fit ex infusione Lacertorum vivorum N^o. vij. in Ol. commun. lib.ß.

Vires. Commendatur ad facies rubedinem emendandam (illitum).

CVII. Locusta.

Ἄκτις, Diosc. Κόρυμβος, πέρωνος, Hensschreck.

Insectum est ex pernicie quam infert, (herbas sc. & segetes mordendo, terram tactu & saliva adurendo,) nulli fermè regioni incognitum. Generantur Æstate incunte ex fecura anni superioris, favo non absimili, scil. exin oriuntur vermiculi, speciem ovi gerentes, inclusi prætenui terra ceu membranula, qua disiecta emergunt locustæ & evolant.

Sunt porro varix, videlicet: Sunt magnæ, parvæ & minimæ, (pennis carentes,) sunt virides, flavæ, nigricantes, varixvè, &c.

Vires. Odoris suffitu urina difficultates adjuvant, præsertim quæ feminas malè habent. Dioscorid. Sunt qui appensus collo quartanam sanare ajunt.

CVIII. Lumbrici terreni.

Ἰσὶς ἄντεγα, Dioscor. Vermes terreni, Melloes, Paracelso, Regenwürm/Erdenwürm/Pyreni.

Insectum est vulgaris notitiæ ex terra, tum generatum, tum sustentatum.

Præstant reliquis ii quorum colorum rubris annulis ceu cingulis cingitur.

Vires. Sunt insigniter diuretica, diaphoretica, anodyna; discutunt, emolliunt, obstructions reserant, lac augent, vulnera nervosque præcisos glutinant.

Usus præcipui sunt in apoplexia, spasmo ex signatura aliisq; affectibus nervor. ac musculor. in lætero, (utroque) hydrope, vermiculatione infantum dolore colico. Inprimis a. specificè prosunt in arthritide illa scorbutica quam vagam appellant, (die lauffende Giffte/die Bahrem.) Adhiberi possunt intus & extus.

Intus exhibentur vel conquassatè recenterque trajecti per linteum vel siccati & pulverisati.

Extus applicantur vivi & mortui. Vivi impositi donec moriantur prosunt panaratio, mortui in cataplasmatibus ferè adhibentur. Odontalgia convenire dicitur cinis, (cavitati dentium inditus.

PRÆPARAT.

1. Aqua, sic in MB.
 - Hydropicis maxime proficua est.
 2. Oleum coctum, vide Dispens.
- N. Ex O° hoc datur cum ∇ raphani, Ol. quod urinam & sudores potenter pellit.

3. *Liquor*, fit in clibano.

Lumbrici loti & per stupam purgati induantur vitro angusti orificii. Hinc obturatur vitrum massaque panis inclusum committitur, ut & reliqua massa clibano, donec cum panib. eximatur. Post Liquor filtratur & servatur pro usu interno & externo.

4. *Pulvis*, fit ex lumbricis in furno exiccatis.

Dosis ℥j. ad ꝑiβ.

CXI. Lumbrici intestinorum.

Ἐλμυθῖς, στρογγύλαι, Lumbrici s. Vermes intestinorum, Würm/Spulwürm.

Generantur ex cruditate intestinorum.

Vires. Sunt qui pulverisatos exhibent ad lumbricos expellendos.

CX. Musca.

Μύια, Arist. Δάττη, Fliege.

Muscarum genera varia quidem sunt, usuale tamen solum vulgare est.

OFFICIN. NAT.

Musca seu potius capita earum.

Vires. Alopecius subveniunt.

PRÆPARAT.

1. *Stillatura*, fit per se, vel cum melle.

Vires. Præterquam quod capitorum preventum promovet, prædicatur quoque ad oculorum affectum, (instillata,

CXI. Pediculus.

Φύση, Σάδεξ, Pedunculus, laus.

Variarum itidem est specierum. Equib. hujus loci humanus ille vulgaris pediculus.

Vires. Devorantur à rusticis contra Ictericum, simili modo adhibui ad Atrophiam nonnullis probantur. Urinam cient foraminis penis imposte, quippe proruant expultricem ad mingendum.

CXII. Ricinus.

Κρότων, κυνναρίσις, Reduvius, Holsbock / Hundtsfloh / Hundtswurm. Animalculum est lividum & foedum, bobus, suibus, capris, ovibus, atque canib. infestissimum.

Vires. Ricini canini sanguis Plinio teste psithrum est. & ignes sacros restinguit, admirandus quoque est ad impetiginos contumaces & feras, ac curati difficultes, (illius.) Amat. Lusitan. cur. 20. cent. 7.

CXIII. Salamandra.

Σαλάμανδρα, μίλγη, Melch / Moll / Dlm.

Animal est quadrupes ex lacertorum genere nigrum, luteis maculis respersum, incola locorum frigidorum & humidorum, foniculorumque limpidorum admodum amans, adeoque nonnullis in terrestrem & aquaticam destrubuitur.

N. Venenatum est animal una cum morsula lacteam spiritam virulentam conferens.

Vires. Salamandra erodit, exulcerat; inciverata medetur felicissime scrophulis exulceratis (cinis inspersus.

N. Caveas à fumo venenato.

CXIV. Scarabæus.

[Cornutus Schröter / hic usualis
Pilularius Rostkäfer / etiam hic
Medicinalis.

Unctuosus, cantarellus, Kad-
den / Schmalzkäfer / Wey-
wurm / ne h. c. inidoneus.

Kay-
Jupōs
Can-
thar9

Ruti. { major, Wehenkäfer /
Ereukäfer.

145 { minor, Brachtkäferlein /

Bufonius viridis Krottenkäfer /
hic venenatus.

Pistrinarius, Weckkäfer.

Cadaverum, Aastkäferlein.

Scarabæus cornutus, (bicornis,
Lucanus, cervus, cervus volans,
Scarabelaphus Cardan. Græc. Kæg-
β@,) Gignitur partim ex lignis ari-
dis maxime quercus aut roboris, par-
tim ex coitu. Reperitur Majo & Æ-
state in sylvis.

OFFICIN. NAT.

Cornua.

Vires. Suspensa de collo infantum u-
rinam cohibere dicuntur.

PRÆPARAT.

Ol. ex infusione Scarabæi.

Vires. Dolorem aurium discutit,
(instillatum.

Scarabæus pilularius, (pilularis,
Solaris. Stercorum, Κοσπιων, Hippoc.

Pferdikäfer / Mistkäfer /) nomen id ha-
bet. quod è fimo (maximè equino)
ingentes pilas pedib. volutet, in quibus
parvos vermiculos foeturae semina
recondere dicitur.

Vires. Commendatur maximopere
in proidentia oculi & ani. (pulvis asper-
sus.) in hamorrhoidib. caecis dolorificis
leniendis, (decoctus scil. in oleo lini
ad consumptionem animalculi, &
caldè impositus cum bombace.

N. Pulveris conficiendi modus opti-
mus est.

Mortificati in vitro clauso ad So-
lem banè exiccantur, & F. pulvis,
Hartm. in pract.

Scarabæus unctuosus (quod ma-
nib. impositus, pingui subflavoque
liquore inficiat,) Majo & Junio fe-
cus vias & passim in sylvis obrepit.

Vires. Cantharidum naturam imi-
tatur, urinam pellit & sanguinem, ca-
nis rabidi morsum egregie expugnat, va-
ros dictos, i.e. Arbruidem vagam, Au-
thore VVero, curat, (exhibitus ejus
pulvis vel conditura,

Extrinsecus expetitur à quibus-
dam ejus liquor ad vulnera. Addi-
tur & Emplastris in bubone & car-
bunculo pestilentiali (ex signatura
desumpto indicio) permiscetur &
antidotis, fitque inde Oleum ex in-
fus. anim. vivorum in ol. comm. quod
loco olei scorpionum nonnulli ad-
hibent.

CXV. Scincus.

PRÆP.

Σκίνου, Scincus Marinus, Officinis.

Animal est aquaticum, squamis luteis vestitum, caesia à capite ad caudam decurrente linea insignitum, herbis odoriferis victitans.

OFFICIN. NAT.

1. Integri exsiccati. 2. (rarò) pinguedo.

Vires. Alexipharmacus est Scincus, Veneremque accendit.

Pinguedo, simili virtute pollet.

N. Præferi Dioscor. carnes circa renes.

Dosis ʒj. Matthiolus commendat, Rostrum & pedes eosque cum vino propinat, hinc & carnes laterum commendat.

PRÆP.

Ingreditur antidota & præcipue Theriacam Andr. & Antidotum Matthioli.

CXVI. Scorpio.

Σκorpion, Scorpium Scorpion.

Animal est forma cancris æmulans, iis tamen minus.

Vires. Urinam cient, calculo renum aut vesicæ impeditam, (vivi incinerati & exhibiti.

Ictibus propriis subveniunt, (trini & impositi.

1. Oleum Scorpion, simplex, ex infusione Scorpion, in Ol. Amygdal. amar. vid. August.

2. Ol. Scorpion, compos. Mes. quod recipit insuper Aristoloch. Gentian. Cypet. & rad. capp. vid. August.

Vires. Usitatissimum est in Renum doloribus, urinæque obstructa (illinitur dorso vel pubi,) medetur ictibus venenatorum animalium, febris paroxysmos arcet, (pulsibus vel dorso inunctum,) aurium dolores mulcet.

3. Ol. Scorpionum magnum, Matthiol. vid. August.

Vires. Majorum est virium quam præcedentia, Ususque eximii in morbis contagiosis præservandis & curandis, in venenatis moribus & simil. (inunctum cordi arterisque temporum, manuum, pedum,) dolores demulcet colicos & uteri, &c.

CXVII. Tereudo.

Τερενδών, Holztaurum.

OFFICIN. NAT.

Caries seu farina Tereudinum.

Vires. Exsiccat, unde ulceribus humidis & fluidis feliciter inspergitur, & hoc eodem titulo mulierculis nostratibus admodum familiaris est in

excoriationibus Infantum exsiccandis.

Et hæc sunt quæ de Animalibus Medicamentosis adducere compendii lex permittit, adeoque Pharmacopœiam nostram Medico-Chymicam divino auxilio ad finem perduximus: Huic sit Laus, Honor, & Gloria, in sempiterna Secula Seculorum:
Amen.

